

SECTIO XIV.

DE

FORMVLA MIXTVRAE
MEDIAE.

§. 596.

Qualis
hic intel-
ligatur
mixtura
et quid
ea sit.

Quam hic pertractare constitui, *mixtura*, tenet inter iulepum et mixturam concentratam medium, atque hinc vocatur *media*. Est vero mixtura iulepo spissior, minore mole efficax, qualitibus etiam sensibilibus iniucundis praedita admittens et dosi vna vel pluribus, per guttas non determinandis, constans.

§. 597.

Qualita-
tum sen-
sibilium
iucunda-
rum tan-
ta in
mixturis
mediis
ratio non
habetur,
quanta
in iule-
pis.

Quanam
ingredi-
entium
vice in
mixtura
media
fungi
possint.

Cum mixtura media qualitibus etiam iniucundis praedita admittat §. 596, pater, tantam in ea, quanta in iulepo opus est, tenuitatem, claritatem, saporis, odoris et coloris iucunditatem, non requiri, neque, ut ei hae qualitates concilientur, nimis esse studendum; quamvis prorsus non sint negligendae.

§. 598.

Mixtura media est mixtura iulepo spissior, minore mole efficax, qualitibus etiam sensibilibus iniucundis praedita admittens, et dosi vna vel pluribus, per guttas non determinandis, constans §. 596. Qua de re omnia materiam mixturae mediae praebere eiusque ingre-

ingredientium vice fungi possunt §. 8, quae commixta exhibere possunt mixturam iulepo spissiore, minore mole efficacem, qualitatibus etiam sensibilibus iniucundis praedita admittentem, et dosi una vel pluribus, per guttas non determinandis, constantem.

§. 599.

Talia sunt 1) liquida minus concentrata Recensentur, interna vsui apta, ut aqua simplex, aquae destillatae inertes vel efficaciores, vina, decocta, infusa, 2) liquida concentrata, ut essentiae, tincturae, spiritus, elixiria, olea, 3) mollia magis minusve spissa, extracta mollia, syrupi, electuaria, confectioes molles, conseruae, gummata, gummi-resinae, succi, possint. roob, 4) puluerulenta.

§. 600.

Si qua ingredientia, ex quibus mixtura media est formanda, commixta in debitam eiusdem formam redigi nequeunt, aliis opus est, quae ipsis eandem largiuntur. Illa dicuntur *excipienda*, haec *excipientia*. Patet igitur, si qua in mixtura media excipienda sunt, excipientia adesse debere, eorumque quantitatem et qualitatem ex excipiendorum quantitate et qualitate esse determinandam.

§. 601.

Qualitas excipientium in mixtura media determinatur ex qualitate excipiendorum, scilicet excipientia mixturae ita comparata esse Quanam excipientium vice in mixtura media

Bb 4

de- ra media

fungi
possint,
si exci-
pienda
sunt pul-
verulen-
ta.

debent, vt haec cum eius excipiendis com-
mixta constituent liquidum spissius, minore
mole efficax, qualitibus etiam sensibilibus
non iucundis praedita admittens, et dosi
non per guttas determinanda exhibendum
§. 596. Qua de re, si in mixtura media ex-
cienda sunt puluerulenta non solubilia, ex-
cipientium qualitas in genere ita comparata
esse debet, vt haec cum illis commixta tale
constituant fluidum, quale mox fuit descri-
ptum. Fluida ergo, quae diverso fluiditatis
gradu praedita sunt, et quorum virtus sub vo-
lumine maiori vel minori magno latet, in ca-
su, quo excienda sunt puluerulenta non so-
lubilia, excipientia in mixtura media esse pos-
sunt.

§. 602.

Scho-
lion.

Aquae destillatae prae reliquis frequen-
tissime excipientis loco usurpantur, quum
reliquis sint tenuiores eamque ob causam
aptiores, et cuicunque fere scopo congruae
prosent.

§. 603.

Quomo-
do pul-
verulen-
ta non
solubilia
exci-
pienda
compa-

Si in mixtura media puluerulenta non so-
lubilia sunt excienda, vti creberrime fieri so-
let, ea vt sint minus crassa et subtilissime trita,
necesse est, ne deglutitionis molestiam creent.
Neque inter excienda puluerulenta recipi-
antur puluerulenta specificè ponderosiora, in
excipientibus non solubilia, cum citissime
fundum

fundum petentia doses virtute minus aequalata esse
 les efficiant; quod tamen intelligendum est debeant.
 de mixturis, quae non vnicam, sed plures do-
 ses complectuntur.

§. 604.

Eodem, quem paulo ante secutus fui
 §. 601, modo probari potest, quod, si in
 mixtura media excipienda sunt fluida con-
 centrata, fluida minus concentrata, diuerso flui-
 ditatis et spissitudinis gradu praedita, excipi-
 entium vice fungi possint, et, si gummata loco
 excipiendorum sint adhibenda, fluida aquea,
 in quibus sunt soluenda, excipientia esse pos-
 sint.

§. 605.

Si pingua in mixturis aqueis sunt ex-
 cipienda et commiscenda fluidis, hoc sine
 corporis, quod hanc commixtionem pro-
 mouet, interuentu fieri nequit. Utendum
 igitur est ad tenaciora, v. g. sperma ceti, te-
 rebinthinam, idque genus alia cum aqua mi-
 scenda, vitello oui, ad liquidiora vero et par-
 ciori quantitate adhibenda, oleis expressis,
 destillatis, balsamis liquidis, natiuis, artefactis,
 saccharo aliisque indicatis §. 569. coniunctis,
 hoc obtineri potest.

§. 606.

Medico in praescribendis mixturis maxi-
 me curandum est, ne in iis congerat, quae
 Bb 5

Si exci-
 pienda
 sunt flui-
 da con-
 centrata
 excipi-
 entia esse
 possunt
 alia flui-
 da minus
 concen-
 trata
 et plus
 minusue
 spissa.

Si pin-
 guia in
 media
 mixtura
 aqueis
 sunt
 commi-
 scenda,
 corpore
 interme-
 dio, hanc
 commix-
 tionem
 promo-
 vente o-
 pus est.

Ad quae-
 nam me-
 dicus in

con-

• praescri-
bendis
mixturis
attende-
re de-
beat.

commixta efferuescunt, praecipitantur, incongrue vel mutantur, vel destruuntur, si haec scopo suo repugnant. Dantur enim casus, quibus data opera talia coniunguntur. Tantam praeterea saporis, odoris et coloris iucunditatem, quanta per circumstantias obtineri potest, mixturis vt conciliet, curet, sed simul, dum haec intendit, eo respiciat, ne scopo suo vel excidat, vel vanitatem prodat. Tandem hic magnum ingredientium numerum fugiat, et potius compositionis breuitati et simplicitati studeat, ne mixtura chaos euadat confusum.

§. 607.

De pro-
portione
ingredi-
entium
mixtu-
rae me-
diae.

Ingredientium mixturae proportio mutua determinatur ex ratione virtutis singulorum ad virtutem, quae intenditur mixtura, et ex eorundem virtute respectu miscelae considerata, tum ex iusta mixturae consistentia, comparatis ad eiusdem dosin et quantitatem generalem. Haec plerumque obtinet regula generalis, vt misceatur ad

aquae destillatae simplicis	}	3i.
infusi, decocti		
aquae vinosae		3ss.
aquae spirituosae		3ij.
succi, roob		3j — 3ij.
elexirii, essentiae, tincturae		3ss — 3j — 3ij.
spiritus		
		electua-

electuarii	3℔.
confectionis	ʒj — 3℔.
spiritus acidi mineralis dulcis guttæ XX—XXX	
salis volatilis sicci	gr. IV — ʒ℔.
olei destillari	gutt. IV.
syrupi, iulepi	3j — 3iij.
sacchari	3j — 3i℔.
extracti mitioris recentis	ʒi.
puluerum	ʒi — 3℔.

§. 608.

Haec proportionis regula adeo fixa et constans non est, quin saepius ab ea aberratur. Sic mollium quantitas ad duas etiam drachmas augeri potest, siccorum vero ad drachmam vnam, si horum alterutrum tantum recipiatur. Quin excipientis consistentia, prout vel tenuior, vel spissior est, magnam hic facit discrepantiam et multa liquida excipienda, si accedant, maiori spissiorum quantitati locum dant.

§. 609.

Salium siccorum proportio in casu singulari facile inuenitur ex eorundem maiori vel minori efficacia, et solutione magis minusue facili, saepe tamen plene soluta non requiruntur, sed puluerum instar fundum petentia, vsus tempore agitando exhibentur. Sacchari et syruporum quantitas augetur interdum ultra

De salium siccorum, sacchari et syruporum quantitate in

mixturis mediis ultra terminum §. 607. positum, si ad resinosa, balsamica, oleosa, etc. cum aqua intimius commiscenda et coniungenda, adhibentur, praesertim, cum paulo maior mixturae spissitudo eius diuortio magis obstat.

§. 610.

De ordine ingredientium.

Ordo, quo scribuntur mixturae ingredientia, idem est, qui in iulepo obseruatur. Eiusdem vero dosi minor est dosi iulepi. Plerumque volumine, ut cochleario vno, duobus, vel vasculo potui Thee dicato, vel pondere, ad unciam vnā, duas, tres determinatur; id quod maxime obseruatur, si vnus tantum haustus exhibetur. Interdum mixturae dosi definitur per portiones, ita, ut eius dimidia, tertia vel quarta pars simul capi iubeatur. De quantitate generali, in casu quouis singulari obuia, nihil certi in genere determinari potest, et circa subscriptionem et signaturam in formula mixturae nihil fere peculiare est obseruandum, nisi quod iam dictum fuerit in superioribus.

§. 611.

**De vfu mixtura-
rum me-
diarum.**

Mixturae mediae prae multis aliis medicamentis vfu sunt receptae, earumque vfu aequae frequens est, ac infusorum et decoctionum, immo longe magis, quoniam facile parabiles, subitaneis quoque in casibus promptam ferunt opem, gratiores sunt, facilius possunt adsumi, et vix datur morbus, interna postulans remedia, quin has admittat.

§. 612.

§. 612.

Specimina sunt

I. Mixture emetica.

Rx. ▽ ceras. nigr. ℥j.
tart. emetic. gr. lll.
fyr. cinnam. 3℥.

M.

II. Mixture ἀνω καὶ κάτω blande ducens.

Rx. mann. elect. ℥j.
terr. fol. ʒri siue
tart. tartarif. 3ij.
emetic. gr. II.
solue in
▽ fontan. 3ij.

III. Mixture purgantes et laxantes.

1.

Huc pertinent, quae speciminis loco adducta sunt §. 511. Classis I. No. 1. 2. 3. 4.

2.

Rx. tamarind.
passul. min. aa 3j.
coque in
▽ feruentis q. s.
infunde
rhabarb. 3j.

fol.

fol. fenn. f. stip. ℥iij.

⊖ ꝑri

cinnamom. aa ℥℥.

Coletur.

Potest quoque ad uncias tres huius colaturae mannae electae uncia vna recipi et sic exhiberi.

^{3.}
℞. decoct. tamarind. ℥iij.
mann. calabrin. ℥i℥.

M.

^{4.}
℞. decoct. passul. min. ℥v.
infunde cum
rhabarb. elect. ℥j.
fol. fenn. f. stip. ℥ij.
stent per noctem in digestionem, ad-
de deinde
mann. elect. ℥j.

M.

^{5.}
℞. ▽ cinnam. f. vin. ℥j.
res. ialapp. in vitell.
oui solut. gr. VI.
fyr. de cichor. c. rhab. ℥j.

M.

6. ℞.

6.

R_x. resin. ialapp gr. V—VI.
 solue in
 spiritu. anis. vel carmin. ℥j—℥ij.
 adde
 syr. rosar. solut. ℥ss.

M. D. pro dosi.

7.

R_x. ess. scammon. vel ialapp. ℥j.
 syr. de cich. c. rhabarb. ℥j.

M. D. pro dosi.

IV. Mixturae diaphoreticae.

1.

R_x. ▽ card. bened.
 scord. aa ℥ij.
 acet. destillat. ℥j.
 pulv. bezoard.
 Class. III. No. 1. ℥iss.
 mixt. simpl
 spir. nitr. dulc. aa gutt. XXX.
 syr. + sit. citr. ℥iij.

M.

Haec mixtura salutarem exserit effectum
 in febribus malignis exanthematicis, dum
 transpirationem promouet, materiam exan-
 thematicam ad corporis superficiem propel-
 lit, et putredinem, ad quam tunc proni sunt
 humores, arcet.

2. R_x.

2.

R. ▽ card. bened.

scord.

flor. sambuc. aa ʒij.

acet. destill. ʒj.

lap. ☉ ppt.

ʒii diaph. aa ʒj.

nitr. depur. gr. XV.

fyr. card. bened. ʒʒ.

M.

3.

R. ▽ card. ben.

scord. aa ʒiʒ.

theriac. ʒʒ.

ess. alexiph. Stahl. vel

bezoard. Buß.

liqu. C. C. succ. aa ʒʒ.

fyr. card. ben. ʒiij.

M.

4.

R. ▽ flor. tiliae ʒj.

mixtur. simpl.

fyr. pap. alb. aa ʒj.

M.

Con-

Consulto praescripsi in mixturis No. 1. 2. 3. aquas, quae diaphoreticae perhibentur, sed iis aliae pro re nata substitui possunt, nec sine magna, ut mihi videtur, virtutis diaphoreticae iactura, utpote quae maxima ex parte, vel tota, ex aliis ingredientibus commixtis dependet. Sic aquarum praescriptarum loco recipi possunt aqua florum tiliae, acaciae, cerasorum nigrorum, rubi idaei et similes. Si eiusmodi mixturis putrida humorum resolutio est impedienda, acetum vini simplex et destillatum, succus citri, limonum, aurantiorum, berberum, granatorum, ribium et confecti ex his syrapi, nec non clyssus antimonii, spiritus vitrioli, salis, nitri, maxime dulcificati, debita in proportione addi possunt.

V. Mixtura analeptica.

℞. ▽ meliss.

lil. conuall.

cinnam. cydon. aa ʒi.

ess. cort. citri

○rant.

nitri dulc. aa ʒss.

iulep. rosar. ʒiij.

M.

(Pars II. de form. in specie.) Cc VI. Mix-

VI. Mixturæ antispasmodicae.

1.

Rx. ▽ flor. tiliae
millef. comp. aa ʒj.
pulv. antispasmod.

Class. IX. No. 2. ʒj.

liquor. anod. min. gutt. XL.
syr. pap. alb. ʒij.

M.

2.

Rx. ▽ millefol. comp.
chamom. aa ʒj.
ess. castor.

liqu. anod. aa ʒʒ.
syrup. cinnam. ʒij.

M.

SECTIO XV.

DE

FORMVLA MIXTVRAE
CONCENTRATAE.

§. 613.

Quid sit
mixtura
concentrata.

Mixtura concentrata est mixtura, quae ex
eiusmodi ingredientibus, quorum vir-
tus paruo sub volumine later, est conflata,
et cuius dosis per guttas determinari solet.

§. 641.